

10. oct. 1878

**PROGRAMMA**  
MATERIARUM PERTINENTIUN  
PRIMO ANNO SACRÆ FACULTATIS  
THEOLOGICÆ SUB REGIMINE

*D. S. Quiroga Magistri.*

LOCIS THEOLOGICIS.  
TRACTATUS DE VERA RELIGIONE.  
TRACTATUS DE DEO.  
TRACTATUS DE TRINITATE.  
TRACTATUS DE INCARNATIONE.  
TRACTATUS DE GRATIA.  
VERSIO OMNIUM PROPHETARUM.

IN HOC SEMINARIO COCHABAMBENSI.

MDCCCLXXVIII.

Pase.

B. V.

*Quiroga*

Señor Miguel Quiroga

Para el 1º de Octubre de 1878.

01734

# ALUMNOS.

Manuel M. Inojosa. T.—Juan de D. Toranzo.—  
Eusebio Dábila.—Santiago Flores.—Andres M. Loza.  
Primo Arrieta—Trifon Velasco.—Manuel Rojas.—Gre-  
gorio Luna.—Anjel C. Velasco.—Victor Claire.—Ru-  
perto Ferrufino.—Deciderio Revollo.—Ruperto Ro-  
man—Andres Monroy.

# PROLEGOMENA.

Theologiæ notio et partitio.

Principia generalia ac particularia.

Inter theologiam, theodiceam et fidem distinctio.

Si scientia debet dici theologia et qualem objectum suum.

Si illa necessaria Ecclesiæ est et utilis.

Quid sunt questiones conclusiones vel propositiones theologicæ.

Dogmata quoad se et quoad nos pura et mixta.

Quid sit et undè secernatur fidei catholiciæ doctrina.—Utrum omne dogma catholicum sit fidei dogma?

Dum controvertitur de catholico dogma aliquo, quis supremus esse debeat controversiæ iudex?

## TRACTATUS DE VERA RELIGIONE.

Religionis notio et divitio.—Deismus.—Revelationis notio.—Quotuplex est.—Revelationis epochæ.

Possibilis est divina revelatio immediata et mediata.

Possibilis est revelatio illarum veritatum quæ mentis nostræ captum excedunt, vel misteriorum revelatio.

*In quo sensu revelatio necessaria est.*

Ex eo quod nullus populus divina revelatione destitutus dignum Deo cultum exhibuerit atque in absurdos contra sanæ ethices principia errores delapsus non fuerit, jure infertur divinæ supernaturalis revelationis necessitas.

Nulla humana sapientia aut industria populus revelatione destitutos revocare valuerit ab universali illa defectione sive circa cultum, sive circa mores.

Ex humanæ rationis insufficientia ad homines in officio continendos atque a vitiis retrahendos infertur divinæ ac supernaturalis necessitatis, in iis quæ na-

turali rationis lumine cognosci possunt.

*De divinæ revelationis notis.*

*De miraculis.*—Miraculaabilia sunt.

Miracula certissimam notam exhibent ad divinam ac supernaturalem revelationem dignoscendam.

*De prophetia.*—Possibilis est prophetia.

Prophetia est certissimum divinæ ac supernaturalis revelationis argumentum.

Christus miraculis ac vaticiniis præsertim vero sua a mortuis resurrectione, divinam suam missionem comprobavit; seu divina facta est ac supernaturalis in Novo Testamento per Christum revelatio.

Doctrinæ evangelicæ excellentia et sanctitas divinam ac supernaturalem Christi missionem invistissimè confirmant.

Admirabilis christianæ religionis propagatio, in omnibus suis adjunctis spectata ineluctabile pariter suppeditat divinæ ac supernaturalis Christi missionis argumentum.

Conservatio Christianæ religionis et testimonium martyrum christianorum divinæ ac supernaturalis est Christi missionis argumentum.

## DE RELIGIONIS JUDAICÆ ET CHRISTIANÆ DIVINITATE ET VERACITATE.

Quare religio judaica est divina.

Pentateuchus est authenticus, integrus et verus.

Facta quæ narrantur in Genesi sunt vera.

*Diluvius sicuti describitur, in capite Genesis 7<sup>o</sup> non opponitur recentioribus phisicis et geologicis observationibus.*

Humanæ specei unitas cum scientia perfectè conciliatur.—Chronologia antiquorum populorum bene intellecta et apreciata, narrationi Moysi non contradicit.

De Novi Testamenti authenticitate, integritate et veracitate.—Divina est Christiana religio.

# TRACTATUS DE LOCIS THEOLOGICIS.

De número et ordine eorundem locorum.

## DE ECCLESIA.

Ecclesiæ definitio.—De ejus variis divitionibus.  
Ecclesia a Christo iustituta anterior est quavis scriptura.

*De anima et corpore Ecclesiæ.*

Omnes et soli justii pertinent ad Ecclesiæ animam.  
Ad corpus Ecclesiæ Christi spectant omnes fideles, tan justii quam peccatores.

Num fiat circulus vitiosus, dum commendatur Ecclesia per Scripturam, et Scriptura per Ecclesiam.

Ecclesiæ corpus, constitur ex clericis et laicis, divino jure, ab invicem distinctis.

De mutuo inter Ecclesiæ animam et corpus commercio.

Hæretici et schismaticæ declarati extra Ecclesiam sunt.

Extra Ecclesiam catholicam nulla datur salus.

*Tolerantia religiosa impia et absurda est.*

*De proprietatibus, notis et dotibus Ecclesiæ.*

Vera Ecclesia Christi, est una, visibilis atque perpetua.

Fidei articulorum distinctio a Jurieu excogitata in fundamentalibus et non fundamentalibus, falsa est atque inadmisibilis.

Veræ Christi Ecclesiæ notæ sunt *unitas, santitas, catholicitas et apostolicitas.*

Recensitæ veræ Ecclesiæ notæ, soli Romanæ Ecclesiæ competunt, et competere posunt, quæ proinde ex eadem sola vera esse Ecclesia Christi dignoscitur.

Ecclesia Christi est indefectibilis.—*Est etiam infalibilis in omnibus iis quæ ad fidem et mores pertinent.*

## DE SCRIPTURA SACRA.

Definitio.—Utilitate, variis divissionibus et ejus differentia á canonica.

De sacrorum librorum auctoritate.

Canon sacrorum librorum a Concilio Tridentino editus, solidum habet, in primitiva ecclesia, fundamentum ac integer est omnino retinendus.

Rejecta Ecclesiæ catholicæ auctoritate, nequeunt protestantes certum canonem constituere.

Canon *judeorum, hæreticorum et catholicorum.*

Concilium Tridentinum docet: unum Deum esse librorum utriusque testamenti auctorem.

*De Sacrarum Scripturarum interpretatione.*

Scriptura in iis quæ ad fidem et mores pertinent, non ita clara est ut interprete non indigeat.

Solius ecclesiæ est dogmaticam præveræ scripturæ sacræ interpretationem.

Protestantes, abjecta ecclesiæ auctoritate, nunquam certi esse possunt de dogmatica scripturarum interpretatione.

De exegetica interpretatione: seu paralelus inter methodum catholicum et protestantem.

De sacræ scripturæ diversis sensibus.

De testus sacri variis versionibus.—Editiones antiquæ.—Versiones Græcæ.—Itala versio.—Versio sancti Hieronymi.

Merito Tridentina Syn. ex omnibus latinis editionibus quæ circumferebantur, veterem vulgatam editionem pro authentica habendam esse statuit et declaravit.

Romani Pontifices jure optimo societates bibliacas, veluti noxias improbarunt

De sacræ scripturæ lectione, in lingua vernacula.

Scripturæ lectio Christi fidelibus indiscriminatim omnibus minime necessaria est ad salutem.

## DE TRADITIONE ET GENERALIBUS CONCILIIS.

Traditionis definitio et partitio.

Quomodo secernantur traditionis divinæ ab apostolicis.

*De traditiones necessitate et existentia.*

Pretæ Sacram Scripturam admitti necessario debent, traditiones divinæ doematiæ ab illa plane distincte.

Traditiones divinæ ab apostolicis receptæ et transmissæ, eadem habent auctoritatem quam veritates in scriptura contentas.

De mediis *generalibus et singularibus* quibus transmissa est primitiva dogmatica traditio.

*Conciliorum* definitio et eorumdem variis speciebus.

De conditionibus requisitis ut concilia sint Œcumenici et quænam personæ vocandæ.

*Ex quo jure est Conciliorum institutio.*

Dogmatica decreta ecumenici concilii a Romano Pontifice confirmata irreformabilia sunt.

De causis principalibus ad concilia celebrandos et de ejus utilitate.

De conciliis generalibus usque hodie celebratis. et acceptis.—De apostolorum conciliis.

## DE ROMANI PONTIFICIS AUCTORITATE.

Quis est Pontifex Romanus.—De Petri Primatu.

Christus contulit Petro primatum honoris et jurisdictionis in universam Ecclesiam.

Petrus jurisdictionis primatum, in universam ecclesiam immediate a Christo, non autem ab ipsa ecclesia accepit.

Primatus Petro collatus, ex Christi institutio-

ne, debuit in Ecclesia post illius obitus imperpetuum perdurare.

Petrus Romam venit atque hujus urbis episcopatum instituit, rexitque usque ad obitum suum.

Romani Pontifices Petri in episcopatu romano succesores illius primatum jure divino obtinuerunt, non autem humano sive ecclesiastica, sive politica dispositione.

Primatus auctoritas est episcopalis quæ omnes complectitur Christi fideles etiam episcopos.

Ad solum Romanum Pontificem, spectat Concilia Œcumenica cogere, iis præsidere eaque confirmare.

*Romanus Pontifex ex cathedra definiens in rebus fidei et morum infalibilis est.*

## DE SS. PATRUM, DOCTORUM ET THEOLOGORUM

TESTIMONIIS.—DE CHRISTIANORUM PHILOSOPHORUM OPINIBUS.—DE RATIONIS ET HISTORIÆ AUCTORITATE.

Quinam sint Doctores et Patres dicendi.

SS. Patrum unanimes consensus in aliquibus dogmaticis asserendis est, argumentum certum veritatis.

In scripturarum interpretatione, non est licitum de SS. PP. commune consensu separare.—Patres, testes et doctores traditionis sunt.—Regulæ ab operibus suis legendum.

Epochæ historiæ theologiæ.—Scholasticismi utilitas.—Concordem omnium theologorum de fide aut moribus sententiam contradicere, si hæresis non est, ad hæresim proximum est.—Quid distinguendum in theologicis disputationibus.

In materiis theologicis auctoritas necessaria est, atque superior et anterior in ejus usu rationi.—Fides in natura sua spectata a sciencia distinguitur.

*Fides neque extinguit rectæ rationis lumen, neque*



*potuit adversari.*—Nequid humana ratio se ipsam unicam fidei regulam constituere, quin fidem destruat quæ ab auctoritate pendet.—Profluit *rationalismus* ab essentiali constitutione protestantismi; seu, si protestantismus est verus, falsus est christianismus.

Christianiana philosophia est unus ex locis theologicis.—Philosophiæ utilitas.—A theologia distinguitur.—Philosophiæ objetum et verus finis.

Locus theologicus est Historia, ac precipuè Ecclesiastica.—Critica necessaria est ad stabiliendam historiæ veritatem.

## TRACTATUS DE DEO ET TRINITATE.

*De Dei existentia.*—Deus existit.—Deus unus est.—Ethnici vel polytheismo proprie dicto, vel idolatrico culto absoluto, vel passim utroque simul se commacularunt.

Absurdum est dualistarum systema, ac malorum origini explicandæ impar.

*De attributis generatim.*—In Deo sunt omnes perfectiones.—Essentia Dei metaphysica constituenda in eo quod sit ens à se ac independens, sue in existentia à se.

*De attributis sigillatim.*—Deus est omino simplex. Absurda et hæreticalis est illorum sententia, qui Deum corporeum esse censent.

*Sistemata pantheismi absurda est.*

Nula admitti potest, realis distinctio inter Deum ejusque attributa sive absoluta sive relativa, neque inter attributa absoluta ad invicem.

Admitti debet rationis seu cogitationis distinctio tum inter divinam essentiam ejusque attributa sive absoluta sive relativa, tum inter ipsa attributa absoluta.

Deus est liber et immutabilis.—Deus est infinitus absolute ac in omni genere perfectionis.—Deus est immensus rebusque omnibus et locis intime præsens essentia sua.—Deus est æternus.

*De Scientia Dei.*—Est in Deo veri mominio scientia eaque perfectissima.—Scientia Dei est efficax et causa rerum.—Deus seipsum perfectè cognoscit et comprehendit.—Deus cognoscit omnia possibilea.—Deus distincte cognoscit omnia præterita, præsentia et futura, sive necessaria, sive contingentia et libera.—Deus certo ac infallibiliter cognoscit futura contingentia conditionata.

*De voluntate Dei.*—Deus supposito peccato originali, voluntate beneplacitii sérria et antecedente, vult omnes homines salvos fieri, et Christus pro omnibus mortuus est.

*De providentia ac de prædestinatione.*—Datur in Deo providentia quæ ad omnia et singula sese extendit.—Datur ex parte Dei veri nominis prædestinatione eaque certa est et immutabilis.—Nemo sine speciali revelatione certus esse potest de sua prædestinatione.

*De reprobatione.*—Impium est asserere Deum ex solo beneplacito aliquos homines positive reprobasse adque æterno supplicio destinasse, absque prævii peccati prævisione.

*De numerica divinæ essentia unitate in tribus personis.*—Tres sunt in una divina essentia personæ raeliter distinctæ.—Unitas divinæ essentia in tribus distinctis personis ex perpetuo et constanti ecclesiae sensu tradicionali confirmatur.—Misterium Trinitatis rectæ rationi adversari nullo modo ostendi potest.—Verbum est verè et propriè Deus ac Dei Filius Patrique consubstantiale.—Spiritus Sanctus vere et propriè Deus est.—Spiritus Sanctus a Patre Filioque procedit.—Immerito Greci Ecclesiam latinam co-rrupti simboli insimulant ob additamentum particulæ filioque.

# TRACTATUS DE INCARNATIONE AC DE GRATIA.

*De messie promissione et expectatione.*—Aliquis Messias fuit a Deo in lege promissus et quovis tempore ab Hebræis expectatus.—Messias a Deo promissus atque ab Hebræis expectatus singularis et unicus est.—Epocha adventus promissi Messie ex sacris litteris certa ac determinata est.—Epocha adventus Messie in scripturis determinata retardari nequit.

Advenisse Messiam a Deo promissum atque a judæis expectatum, jamdiu elapsæ epochæ, prophetarum oraculis determinatæ, luculentissime ostendunt—*Jacobæum vaticinium expenditur.*—*Expenditur vaticinium Danielis.*—*Expenditur vaticinia Aggæi et Malachie.*

Jesus Nazarenus verus Messias est in scripturis promissus atque ab Hebræis expectatus.

*De divina Christi natura.*—Vera ac propriè dicta divinitas seu natura divina in Christo Jesu agnoscenda est ac profitenda.

*De humana Christi natura.*—Verbum divinum naturam humanam nobis consubstantialem assumpsit integram atque perfectam.—Christus de Spiritu Sancto conceptus est atque ex Maria Virgine, salva ipsius integritate, natus.

*De unica Christi persona.*—Unica in Christo est eaque divina persona.—Beata Virgo verè et propriè Deipara vocatur et est.

Duæ sunt in Christo natura distinctæ, in confusæ atque impermixtæ.

Duæ naturales operationes et voluntates in divise et inconfusæ in Christo sunt confitendæ.

*De idiomatum communione.*—Admitenda est in Christo idiomatum communicatio in concreto, non in

abstracto, nec tribui proinde Christi humanitate omnipotentia ubiquitas seu omnipræsentia.

*De Christi adoratione.*—Uno eodemque supreme patriæ culto humana Christi natura adoranda est cum Verbo divino, cum quo est hypostaticè conjuncta.

*De Christi titulis atque muneribus.*—Christus verum ac propriè dictum habuit sacerdotium ejusque munia in mortali etiam vita complevit.—Christus Jesus veri nominis Mediator fuit.

*De Christi satisfactione et merito.*—Christus verè et propriè pro nobis divinæ justiciæ satisfecit.

*De Gratiæ actualis notione ac divisione.*

De erroribus Pelagianorum circà gratiæ necessitatem.

Ad omnes et singulos actuo salutares necessaria est interior Spiritus Sancti gratia illustrationis et inspirationis.

Necessaria est Dei gratia homini lapsò tum ad universam legem adimplendam, tum denique ad graves tentationes superandas.

De erroribus semipelagianorum circa eandem gratiæ necessitatem.

Sine Sancti Spiritus illustratione, inspiratione et adjutorio non potest homo habere salutare initium fidei, et id fide perseverantiam usque in finem.

De erroribus novorum Saec. XVI circa gratiæ necessitatem.

Potest homo lapsus sine speciali gratiæ auxilio non nullas ordinis naturalis veritatis cognocere, faciliora opera perficere, et leves superare tentationes.

Potest vir infidelis aliqua opera moraliter bona efficere, adeoque non omnia infidelium opera vitia sunt aut peccata.

*De erroribus circa gratiæ necessitatem post justificationem.*

Non potest homo justificatus in tota vita pecca-

ta omnia, vitare, nisi ex speciali privilegio.

Homo justificatus non potest sine spetiali auxilio Dei in accepta justitia perseverare.

*De gratuitate gratiæ.*—Gratiæ est omino gratuita seu nulla opera ordinis naturalis possunt mereri gratiam sive de condigno sive de congruo.

De natura et divisione gratiæ actualis in ordine ad liberi arbitrii cooperationem.

*De gratiæ efficacia.*—Graciæ efficacia nullam infert homini necessitatem, sue homo liber est in actibus salutaribus.

Theologorum systemata circa gratiæ efficaciam.  
—Systema Thomistarum.—Systema Augustinianensium.—Systema Congruistarum.

## LATINITAS.

*Versio omnium Prophetarum.*

